pulsemus, aderit qui aperiat se. hortatus sum orate quod
est ipse, qui est mercennarius qui uidit lupum et fugit,
qui sua quaerit non quae ihu xpi, peccantem non libere audet
arguere, Ecce nescio quis peccauit: grauiter peccauit
increpandus est, excommunicandus est, sed excommunicatus ini
micus erit, insidiabitur nocebit cum potuerit, iam ille
qui sua quaerit non quae ihu xpi, ne perdat quod sectatur,
humanae amicitiae commoditatem, et inimicitiarum
humanarum incurrat molestiam tacet non corripit,
Ecce lupus ouem gutture apprehendit diabulus fidelem ad adulterium
persuasit tu taces non increpas, O mercennarie lupum ue
nientem uidisti et fugisti. Respondit forte et dicit,
Ecce hic sum non fugi, fugisti quia tacuisti tacuisti quia timuisti,
fuga animi timor est, corpore stetisti spu fugisti,
quod ille non faciebat qui dicebat, et si corpore absens
sum spu uobiscum sum. Quomodo enim spu fugiebat
qui etiam corpore absens fornicatores litteris ar
guebat, affectiones nrae Motus animorum sunt, leti
tia animi diffusio, tristitia animi contractio, cu
piditas animi progressio, timor animi fuga est, Dif
funderis enim animo cum delectaris, contraheris ani
mo cum molestaris, progrederis animo cum appetis, fu
gis animo cum metuis, Ecce unde ille mercennarius uiso
lupo dr fugere. Quare quia non est ei cura de ouib:,
Quare illi non est cura de ouib:, quia mercennarius est,
quid est mercennarius est temporalem mercedem quaerit, et
in domo in aeternum non habitabit, sunt hic adhuc queren
da et discutienda uobiscum sed honerare uos non est consilii do
minica enim cibaria curis uestris ministramus in pascuis dominicis
oues pascimus et simul pascimur, sicut et non est negandum
quod necessarium est sic non est cor infirmum pabuli multi
tudine pergrauandum, Non sit ergo molestum caritati
uestrae quod omnia quae hic discutienda adhuc arbitror hodie non
discutio, sed iterum nobis in nomine dni dieb: reddendis ser
mones eadem lectio recita[...]bitur et diligentius illo
adiuuante tractabitur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen

Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_207/0185